UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina & Generaliora

Possevino, Giovanni Battista Bernardino

Coloniæ Agrippinæ, 1645

Decimo Septimo. Excommunicantur vsurpantes Sedis Apostolicæ, & quarumcunq[ue] Ecclesiarum iurisdictiones, vel etiam fructus sequestrantes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42220

Visual Library

ſticos ordinarios impedit directè, vel indirectè, ne ſua iuriſdictione vtantur, carcerando vel moleſtando eorum agentes, procuratores, familiares, necnon conſanguineos & affines.

Qui recurrunt ad Curias ſeculares, vel alias eludunt ſententias iudicium Eccleſiaſticorum ordinariorum, vel delegatorum.

Qui procurat à Curijs ſecularibus prohibitiones, aut mandata etiam perſonalia contra ſententias Ordinariorum, aut delegatorum.

Qui decernit huiuſmodi prohibitiones aut mandata.

192. *Auxilium, fauorem, patrocinium præſtãs*, Exequentes eadem.

Dantes conſilium, auxilium, patrocinium, & fauorem: id: ſecuto effectu.

Patrocinium intellige, vt ſupra *num. 21.*

An omnia hæc debeant concurrere, cum copulatiua declarentur, vel an ſufficiat quoduis illorum? Verè copulatiua requirit concurſum copulatorum extr. ad conditorem de ſent. excom. verum attenta mente Bullæ credo ſingula ſufficere.

DECIMO SEPTIMO.

Excommunicantur vſurpantes Sedis Apoſtolicæ, & quarumcunq; Eccleſiarum iurisdictiones, vel etiam fructus ſequeſtrantes.

193. *Vſurpans iuriſdictionem Eccleſiaſticam, & ſequeſtrans fructus.* Iſta vſurpatio debet eſſe iuriſdictionis Eccleſiaſtici fructus, redditus, vel prouentus; ergo non patrimonialis, etiamſi per Eccleſiaſticum poſſeſſi.

194. *Vſurpare quid.* Vſurpare, id eſt, quaſi ſua ſibi appropriare. Tol. *cap. 29.* Caiet. vult ſufficere vſurpare, vt res Eccleſiaſticas. Say. verò *c. 21. num. 4.* ſufficere ſi vſurpentur abſque alio reſpectu, dummodo vſurpans ſciat eſſe Eccleſiæ.

195. *Latro non dicitur vſurpare.* Ideo latro furto auferens, non fit cenſuræ reus, quia non vſurpat. Nauar. & Say.

196. *Eccleſiæ Cardinales, & Legati* Sufficit dicta bona ſint Eccleſiæ vacantis. Nau. *cap. 27. nu. 69. fine.* Say. *c. 21.* Suar. *ibi. num. 97.* Tolet. verò *c. 29. num. 6* negat.

293. *Dans conſilium, auxilium, &c. an incluſi.* An includantur dantes ad hoc conſilium, auxilium, vel fauorem. Tol. *cap. 30 num. 6.* affirmat, & hoc eſſe commune iſtis cenſuris, à decimaquarta, vſque ad hanc incluſiuè.

DECIMOOCTAVO.

Excommunicatur imponens decimas & alia onera perſonis Eccleſiaſticis, Eccleſiis, Monaſterijs, aut eorum fructibus.

294. *Imponens onera Eccleſiaſticis.* Non ſolum beneficij: *Omnes.*

295. *Etiam patrimonialibus.* Sed etiam patrimonialibus. Say. *c. 22. num. 9.* Tol *c. 30. nu. 4.* Nauar. verò *c. 27. num. 115.* & Suar. *num. 99.* contrarium docent.

296. *Exigentes etiam à ſpontè dantibus.* Etiam exigentes. *Omnes.* Dummodo de re ſufficienti pro mortali. *Omnes.* Exigentes etiam à ſpontè dantibus, dū tamen impoſitio includat etiam cleri-